quidē parua ut Dores ⁊ Actici Quis ergo ex Lydis hiſtoricis Turrhenū filiū Atus ⁊ fratrē Lydi: miſit in primā medietatē thyberis: ubi antiquiſſimis Umbris fuit priſca habitatio.

Qum etiā ſiquid tradit de bello pelaſgico Xanthꝰ: aſſerit pelaſgos antiquiores Atu: agreſſos bello Thuſciā: que quondā Umbria dicta ē occupaſſe Crotonē: inde Thyberinā regionē inuadētes etiā ipſam Turrenā cepiſſe: ⁊ cū turrēis cohabitaſſe ⁊ ab eis plurimā militarē pitiam didiciſſe ꝑcipue nauticā: qua tūc toti orbi erant admirabiles: de quibꝰ fabulant᷑ greci: ꝙ in delfinos uerſi ſunt qui nauibus alludūt: ⁊ his ſocii fiunt Re enim uera tunc Delfini ob pyrraticā ſimul ⁊ dominiū maris dicebant᷑. Erant enim claſſe potentes: ⁊ undiqꝫ colonias tranſportabāt. Argumēto ſūt qui Turreni dicunt᷑: in inſulis Acticis ⁊ faucibꝰ Tracie. Nāqꝫ Turrena ſimul lingua: ⁊ cū quibꝰ habitāt loquunt᷑: ⁊ eoſdē deos ut Turreni colūt: ⁊ eiſdēꝫ litteris utunt᷑. Quare non poſ-

fuerit filius Atus: qui traduxerit in Turrenā colonias: nō tñ principiū generis fuerit thuſci: ſed cōmixtus atqꝫ iunctus eis a ſanguine auito: ut Sillius in. viii. libro ſcribit. Verum addicit argumentum a tempore ualidiſſimum dicens.

Ca. V.

Inchoandum eſt ab argumento ualidiſſimo temporis: poſtea ſingula ſunt exponenda. Xanthus inquit dicit. Atum fuiſſe poſt Pelaſgos/ q ceperunt Turrenos tūc dictos. Ergo Tuſci nō ſunt dicti a Turrheno filio Atus/ qui nō extabat. Rurſus longe ante Pelaſgos iam Turrenum nomen erat in inſulis Acticis: & faucibꝰ Tracię: quos in colonias tranſportauerūt Turreni: quos Greci fabulant᷑ cōuerſos in Delfinos. Quare multis etatibꝰ fuerūt Turreni ante Atum: qui etiā ipſos Pelaſgos antiquiores Atu ꝑceſſerunt. Hiis etiā argumētis utit᷑ Dioniſius Halicarnaſſeus in primo libro. Examināda igit᷑ ſunt ſingula. Primū ꝙ dicit Pelaſgos agreſſos fuiſſe Turrenos ante Atū: uidet᷑ falſum: quia Turrhenus filiꝰ Atus uenit ī thuſciā: quādo Dardanus ex Samotracia profectus ad Atum Meonię regē/ fuit donatus regione Phrygia/ ubi cōdidit Dardaniā: & Turrhenus ueniēs in thuſciam donatus eſt ciuitate Vetulonia: ut Beroſus in. v. antiquitatum memorat. Ceterū Archas filius Iouis ſubegit hoc tēpore/ circa Dardanię conditionē Pelaſgos: qui nōdum uenerāt in